

Cum fex, cum fimus, cum res vilissima fimus, A Unde superbimus? nescimus, quando perimus. L. de Cruce.

(3) Vanitatis nostrae non recordari possumus nimium; quae causa etiam repetitionis hic facta: vid. vers. 6.

USUS E VERSU XIII.

(1) In precibus est instandum: Luc. XVIII, 1. Matth. VII, 7. &c. Supplicatio, vociferatio, lacrymae committantur se, inque orbem velut redeunt.

(2) Deus, ut taceat, audit tamen & auscultat, accuratè.

(3) Peregrini sumus in his terris, ad patriam tendentes: Joh. XVII, 14. Ebr. XIII, 14. Phil. III, 20. Sufferamus ergo diversorum incommoda; brevi evademus, imo patriam intrabimus.

PSALMI XL. DISPOSITIO.

Gratitudo liberati. Fiducia in solo collocanda Deo.

Obediam: predicabo.

Psalms hicce passionalis Messiae exprimens tum adversa, tum opera, tum suspiria, exhibet

I. Spem ejusdem: ubi (1) actus: *expectando expectavi*, vers. 2. (2) objectum: *Dominus*. (3) consequens: (a) *attendit ad me* (b) *clamorem meum exaudivit*: ibid. (c) *è puteo lutoque horribili me eduxit*, vers. 3. (d) *supra petra pedes meos constituit*: (e) *gressus meos firmavit*, ibid. (f) *ori meo novam carnem indidit*, vers. 4. (g) *unde multorum ad similem in Deo fiduciam cultumque conversio*, ibid. Annectitur hic beatitudo viri tum Deo pari modo confidentis, tum *fastum falsitatesque detestantis*, vers. 5.

II. Encomium Dei (1) ob facta multa ac magna, mirabilia, imo & innumerabilia erga ecclesiam, vers. 6. (2) ob majestatem incomparabilem: ibid.

III. Obsequium Messiae Deo praestitum: ubi (1) *sacrificiorum insufficientia*: vers. 7. (2) *aurium Messiae confixio*, ibid. (3) spontanea

PSALMUS XL.

EXPLICATIO VERSUS I.

Psalms hunc de Christo agere, patet ex Ebr. X, 5. seq. textusque ipsius contentis; id quod è Calvinianis agnoscit etiam Piscator, Coccejus, alique. Contra Papistas nonnullos, Grotium, Rivetum, Schlichtingiumque id multis demonstrat Dn. Calovius *ann. contra Grotium ad Psalm. XL, 9.* adde Dorischeum *tom. 1. theol. Zach. pag. 167. seq.* Dannhauer. *hodom. Calvin. pag. 112. seq.* Coccejum *respons. Jud. p. 147.* Capiat sibi hæc Arnoldus, qui & ipse recentissimè in *Concil. V. & N. T. ad b. l.* scribit, non omnia, sed quædam solummodo Psalmi hujus pertinere ad Christum.

EXPLICATIO VERSUS II.

קוה expectando expectavi:) i. e. constanter omne meum in Deo posui per fugium, ab eò promissi mihi met omne auxilium, protectionem &c. ut ut opis dilatio, malorum exasperatio, hostiumque insultatio amarissima, diversa omnia inculcare, animumque reddere dubium conarentur. Infinitivus additus, expectationis designat vehementiam, ingenuitatem & continua-

(4) Majorum nostrorum fata concitent in nobis fidem, spem, charitatem, humilitatem &c.

USUS E VERSU XIV.

(1) Vultus Dei est tum serenus, tum severus: posteriorem merito deprecantur pii.

(2) Clementia divina est, indulgere respirationis intervalla, qualia deprehenduntur in febribus, quibus alias brevi consumeremur. Huc vicissitudo crucis & lucis.

(3) Instat noster abitus in morte.

(4) Non tamen planè non erimus, aut in nihilum redigemur, sed spiritus ad Deum, corpus ad terram redibunt: Coh. XII, 7. 14.

B fui oblatio: *dixi* (a) *ecce venio*, vel *adsum*, tanquam *in volumine libri descriptus*: vers. 8. (b) *voluntatem tuam exequi paratus*: vers. 9. (c) *legem tuam in corde meo asservans*: ibid. (d) *justitiam tuam nec non veritatem ac salutare tuum*, itemque *gratiam tuam in cœtu magno animosè constanterque deprecans*: vers. 10. 11.

IV. Precationem: (1) *ne cohibeas miserationes tuas*: vers. 12. (2) *gratia & veritas tua jugiter me custodiant*: ibid. (Ratio petitionis hujus est (a) malorum innumerabilium copia: vers. 13. (b) iniquitatum comprehensio, usque adeo, ut (c) visum eripiant, numerum capillorum excedant, cor deficiat: ibid.) (3) *velis me eripere*, vers. 14. (4) *ad auxilium festina*: ibid. (5) *hostes meos confunde*: vers. 15. 16. (6) *fideles tuos exhilara, laudandique Te ansam suppedita*: vers. 17.

V. Conclusionem, (1) de sui miseriâ, vers. 18. (2) Dei benevolentia (3) auxilii rumpendâ morâ: ibid.

tionem, pag. 146. n. 7. (de puncto pag. 147.) Radix est *קוה expectavit* incumbendo quasi; (ceu *Avenarius* huc trahit græcum *κῆμα jaceo*, tanquam ex hoc nostrò deductum:) vel *præstolatus est*, tanquam capite circumspiciente ac porrecto, (ad modum *ἰπῶ lineæ*), & quidem congregationem vel adventum rei alicujus desideratæ, hinc enim est *קוה congregatio vel collectio*, per expectationem, &c. Mercerus (*ad lex. Pagnin.*) declarat ita: verbum hoc est, magnò animi desiderio in aliquem intentum esse, & respicere, ac ex eò pendere. Observant alii, de animi & voluntatis motu & inclinatione propriè id ipsum dici, atque id esse, quod Paulus dicit *δοῦνα ἐγὼ δὲ οὐκ εἶμι* i. e. quasi capite intentò contemplari, ut sit gestus diligenter circumspicientium, & valdè atque anxie expectantium, ibidem. Hòc locò intenditur significatio per dagesch characteristicum pag. 15. pro more conjugationis secundæ.

קוה expectavi:) Lutherus olim in imperfectò cum Vatablò: *expectabam*, ich harrete: postea in præsentem: ich harre/ ob invariabilem videlicet actus continuitatem, receptamque veluti Messiae

641
Messe conf
specie intell
dilationis in
mortem con
ex P
ad me
petitione
Phra
aures
vocer
quid forte
temporis fol
constratis, u
conis vocem
numque & ca
len eadem ac
se veluti in
exempla dep
scilicet
filiis aciem
videlicet
voluntatis:
supplet eti
&c. LXX: 2
de motu. Lut
nobis etiam C
deus præbet
prouit. V
rem mutare, fi
dinando v. g.
ad Thamar
ad Sileami
dismi: &c.
XXXIII, 19. X
numm, (Ex
car. 7 ad IX, 3.
desiderare i.
rinnare sem
chavit se Sim
e & h. l. supp
ex locis p
egat, ex Ju
nate signi
deperit a d
atque sic
que sub
audire pr
numm.
voci
licet summi
namque,
de significat,
ad XVIII, 7.
EXP
numm potens
continuo mi
do pureo, ub
fidem func
jamiam mo
mo ubi nullu
nolensve su
traxisset.
est lac
designat v